



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1604**

Vita S. Patricii Confessoris, & Hibernorum Episcopi. Ex ijs quæ exstant apud Probum Hibernum, & Richardum Stanihurstum, ad censuram tamen Cæsar. Baronij castigatis. Exceßit è corpore Anno Salutis ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42667**

VITAS. PATRICII CONFESSORIS,  
& Hibernorum Episcopi. Ex ijs quæ exstant apud  
Probum Hibernum, & Richardum Staniburstum;  
ad censuram tamen Casar. Baronij casti-  
gatis. Excessit è corpore Anno Salutis  
491. qui fuit Felicis Papæ 9. Ana-  
stasij verò Imp. 1.

Vide C. Bar.  
Anna To: 5.  
& 6. ac Not.  
in marty.  
Roman.

**C**alphurnius \* vir & morum honestate  
conspicuus, & diuitijs ac honoribus incly-  
tus, ducta in matrimoniû Conchessa, \* pa-  
tri honestate ac dignitate femina S. Martini Turo-  
nensis Episcopi sorore, vnicum ex ea suscepit fili-  
um, in maritimo Britannia territorio: quod anti-  
qui Triburniam vel Eiburniam appellabant. Na-  
to infanti, optimæ indolis & ingenio facili, pri-  
mò b Socher nomen in salutari lauacro imposi-  
tum fuit; Cui deindè S. Germanus Magonij; ac po-  
stremò Cælestinus Papa, Patricij nomen indidit.  
Et quidem prima illius ætas à S. Martino optimis  
moribus & disciplinis quadriennio imbuta fer-  
tur; Quo exacto Germanus Antisidorensis Anti-  
stes, humanarum ac sacrarum literarum cogniti-  
onè exactius eum instituit. Sed antequam in illo-  
rum disciplinam concederet, multis varijsque,  
tenera adhuc ætate puer, aduersitatibus exagita-  
tus fuit. Nam cum pufio adhuc prima literarum  
elementa ludibundus addisceret, Hiberni mari-  
timas Britannia oras, flamma ferroque vastantes,  
& multos vtriusque sexus homines in seruitutem  
abripientes, inter alios pueros & adolescentes sa-  
nè ingenuos, Patricium iam tum ephœbum ean-  
dem in captiuitatem abduxerunt. Misera profe-  
ctò & dura fors. Post prædæ partitionem, genero-  
si animi adolescens Hybernico Dynastæ à piratis

17. Martii.  
\* alias Cal-  
phurnius )  
Patria & pa-  
rentes eius.  
\* Sic quidã  
appellatam  
esse volunt.

b alias Su-  
char.

Primò Su-  
char vel  
socher, de-  
indè Ma-  
gonius, ac  
postremò  
Patricius est  
appellatus.

Abducitur  
captiuus in  
Hiberniam.



Pascit porcos.

diuenditur, & porcorum gregi custos præficitur. Quid faceret? Ferendum illi erat, quod mutare non poterat. Magnam tamen spem in Christi bonitate pius adolescens repositam habebat, quod aliquandò pristina libertate recuperata duræ seruitutis meminisse iuuaret. Et ecce admirabilem Dei prouidentiam. Sexto seruitutis anno, cum die nocteq; precibus intentus, porcos ad pastum in campo deduceret, oblatum in agro reperit thesaurum, redemptionis suæ pretium; quod sagaci ac prudenti consilio cum hero suo depactus est. Igitur hac ratione præter opinionem pristinæ libertatis compos effectus: in patriam redijt.

Pelagiana hæresis grassatur.

Ea tempestate Pelagius diuinæ gratiæ hostis infestissimus, ijs in locis tabifica hæresis contagione multorum animos inficiebat, & virus prauæ dogmatis dispersebat. Ad eam verò pestem restituendam, S. Germanus Antifidorensis, & S. Lupus Trecaffæ Antistites, in Britaniam venerant, & nefarium hæresiarcham dictis factisq; retundebat.

De hac hæresi vide Tom. 5. Baronij.

Eo in opere, cum Germani doctrinæ, miraculorū gloria, multisq; virtutibus coruscans præcipua appareret, Patricius viri sanctitate & pælaro docendi genere captus, eius in disciplinam se tradidit: animumque à mundi illecebris ad pietatis studium inexhausta auiditate transfudit. Ac postremò omnes cogitationes ac labores suos, ad

Patricius fit discipulus S. Germani.

Hibernorum salutem, quorum miseriam cæcitateq; iam olim præsens viderat, direxit. Nec potuit feruens desiderium viri conquiescere, sed præclaris cogitationibus incensus, Cælestino Pontifici maximo pro Hibernorum salute se supplicè abiecit. Is verò collaudato Magonij (hoc namq; nomē tunc à S. Germano obreinebat) desiderio, non modo diuini verbi præconē eū cōstituit, sed pontificia ornatum dignitate ad gētis salutem in Hiberniam

Ordinatur à Cælestino Papa Hibernorum Episcopus, & Patricius appellatur.

nomē tunc à S. Germano obreinebat) desiderio, non modo diuini verbi præconē eū cōstituit, sed pontificia ornatum dignitate ad gētis salutem in Hiberniam



beriam ablegauit; & quia magnam in illius probitate, animique dotibus eximijs, rei bene gerendæ fiduciam habebat, eum Patricium, tanquam futurum multorum patrem, nominauit.

Itaq; vir sanctus, transmissis vasto mari, ad portum Patriciæ feliciter appulit; magno incolarum gaudio, quod non exterum sed domesticum pastorem acciperent; Quamuis non deerant qui beatum Præsulem, Hibernicis finibus arcere cõtendebant. Attamen eximia illius probitas & ingenij candor ac morum facilitas, etiam prauorum leniebant animos; prorsus ut eius doctrinam certatim ad aures admitterent, & virtutis splendorem magis magisq; indes adamarent. Hisce felicissimis inijs, breui tempore Christianismus abudè est propagatus, multiq; à Satanæ fallacijs ad veritatis lucem traducti. Ast verò cum alij quidam nõ pauci, effrenata mente, pij patris doctrinæ repugnarent, alij calūnijs dicta eius pariter ac facta appetere, ille, quia cælestiũ præmiorũ magnitudine nõ poterat, tãdè infernaliũ penarũ terrore luculetis sermonib; ob oculos posito, dura eorũ pectora ad sanã doctrinã emollire cõatus est. Ibi tũc qdã infulsi, virũ sanctũ irridere, eius doctrinã mera sõnia esse calūnari, ac postremò clarius documẽtũ infernaliũ tormẽtorũ postulare. Tũ ille populo relicto, tota mente ad Deũ cõuersus, multis precibus ac lachrymis incredulæ genti visibile testimoniu, ab eo postulare nõ desistit. Nec defuit ei precibus benignus Deus. Nã ut diuino instinctu ad Aquilonarẽ Hiberniæ plagã gradũ pmouit, antrũ quoddã in tetra recessu offedit, spectris, ijs q; intra bant, admodũ terribilib; ex quo lachrymabiles voces gemitusq; eorũ, q; purgatorijs pennis deputati putantur, exaudiebantur. Hisce igitur modis sacer Antistes, rebelles multorum mentes, & in scelere atq;

Excipitur beneuolè à suis.

Patitur multorum eoa-traditionẽ vir sanctus in Hiberniis.

Hæc obiter de Purgatorio S. Patricij libamus, ne in incertis turpiter offendamus Hibernos ad Christi



ad em con-  
uertit.  
Vixit (teste  
Gen. & Si-  
geb. in Chro-  
nico) 122.  
annis.

perfidia pertinaces conuicit, totamque illam re-  
gionem, doctrina & miraculis clarus, ad Christu  
adiunxit: actandem plenus dierum atque bono-  
rum operum e corporis ergastulo ad celos mi-  
grauit.

VITA S. CYRILLI EPISCOPI HIERO-

Vide Cas.  
Baro. Tom.  
4. Annal.

solymitani, ex ea qua est per D. Iohannem Grodec-  
um, Decanum Glogouiensem, ex Ecclesiastica histo-  
ria scriptoribus collecta. Qui temporibus Constantij  
Imp. ab Arianis saepe pulsus, ac saepe in sedem re-  
ceptus, ad extremum, sub Theodosio Imp. se-  
niore 8. Annis, inconcussus Episcopatum  
tenuit. Quieuit vero in pace Anno Do-  
mini 386. Siricij Pap. 2. Valentin.  
11. Theodosij. 8. Imp.

13. Martij.

Cyrillus  
prophetia  
spiritu pra-  
ditus.  
Daniel. 9.  
Matthaei 24.  
Luca 19.

**C**yrillus Hierosolymitanus inter veteris  
Ecclesiae patres clarissimus Antistes, non  
modò virtutibus vero Episcopo dignis  
præditus, verum etiã dono prophetiae admodu  
clarus fuit. Nam cum Iulianus Imperator, tem-  
plum Iudaeis Hierosolymis instaurare iussisset, &  
sumptus ad hoc de publico ministrasset, Cyrillus  
vaticinij Danielis Prophetæ memor, quod &  
Christi testimonio confirmatum erat, lapidem in  
eo templo super lapidem non mansurum; Hoc,  
inquit, Saluatoris oraculum adimplebitur. Quod  
cum dixisset Episcopus, noctu ingenti & horribili  
terræ fragore, fundamenta veteris templi euulsa  
sunt, ac lapides vnâ cum ædibus contiguis disper-  
sit. Ad quod sanè spectaculum, cum multi Iudæo-  
rum mane factò conuenissent, ignis de celo ela-  
psus, cuncta artificum instrumenta consumpsit.  
Sequenti vero nocte signa crucis, instar radij sola-  
ris

Signa crucis  
inburent